

## 136 De Regia Protect. vi oppress. appell.

- 150 & 151 Appellatio licita ab admissione, vel rejectio ne testium, an scilicet tales testes admittendi, vel non admittendi quid est interlocutoria continens damnum irreparabile.
- 152 Appellatio prohibita diffinitiva non cestetur prohibita ab interlocutoria rejiciente testes, vel amittente.
- 153 Licitia est appellatio in omnibus casibus, in quibus iudex sua interlocutoria admittit testes post lapsum termini probatorii, vel testes inhabiles.
- 154 In possessoriis, vel aliis causis, in quibus non datur appellatio, ab admissione testium post terminum, vel inhabilitum legitima est.
- 155 Appellatio emissa à iudice non admittente exceptiones, vel repulsa contra personas testium, maximè si essent admittenda, legitima est.
- 156 & 157 Publicatio attestacionum interlocutoria est & publicationē processus esse de substantialibus processus. Sententia non facta publicatione lata non valeret, ibid.
- 158 Appellatio legitima à denegatione publicationis testium.
- 159 Appellatione interposita à negata publicatione, sententia est nulla, secus si appellatio non sit interposta. Publicatio respectu partis dicitur de ordine iustitiae, non de ordine substantiali iudicij, ibid.
- 160 A denegatione tacita, vel expressa appellare licet.
- 161 A denegatione copia processus publicati legitimè appellatur.
- 162 A receptione testium, & probationum post conclusio nem in causa appellatio legitima.
- Parte non opponente, valet receptio testium post publicationem, ibid.
- Appellatio admittenda est à receptione testium facta post publicationem partis oppositione non obstante, ibid.
- 163 Juramentum in item quando, & quomodo in quibus casibus locum habeat, remissive.
- 164 A juramenti in item dilatione, an liceat appellare, ibid. & affirmativa proponitur.
- 165 A dilatione juramenti delati parti de utrinque consensu an liceat appellare.
- 166 L. generaliter 12. §. sed juramento, C. de rebus creditis, & in §. sibi, declaratur.
- Appellare nō licet ab eo, quod quis procuravit fieri, ibid.
- 167 Appellatio non admittitur in relatione juramenti, & sententia diffinitiva super ea lata, quando actor defert juramentum reo, & reus recursans id juramentum actori referit.
- 168 Appellare licet à dilatione, vel relatione juramenti à parte delati, quando exceptions legitima opponuntur ad non deferendum, seu referendum, & tamen compellitur deferre, vel referre.
- Ab actu, quo non appellatur regulariter conceditur appellatio alleganti exceptions legitimas ad illum actum non deveniat, ibid.
- 169 A juramenti dilationis negatione, cum in locum succedit probationis, legitime appellatur.
- 170 A juramenti calumnia dilatione non appellatur.
- 171 A precepto iudicis de recognoscenda scriptura non appellatur, nec appellacioni non deferens iudex Ecclesiasticus, non vim facit.
- 172 Appellatio legitima ab intricatione processus, & propositioratione ordinis judicialis.
- Possessorum prius debet terminari, quam petitorum, ibid.
- 173 Quoties concurrunt duas cause, criminalis videlicet, & civilis, prius de criminali cognosci, & determinari debet.
- Causa statuta, seu natalis, & causa hereditatis concurrentibus, prius de ea, que alteram perimit, & ei prejudicium generat, cognoscendum est, ibid.
- 174 Prius de hereditate, rei vindicatione, vel pro socio actionibus, cognoscendum, quam de divisorio, iudicio si possessor coharen, seu consocius ab alio negetur.
- 175 Ordo juris est, creditorem prius principalem debitem, quam fideiussorem, eo non excuso convenire.

- 176 Prīus mandatores, & fideiussores excludendi sunt, antequam de veniatur ad tertios pignorum possessores.
- 177 Appellatur ab interlocutoria super comparatione literarum facienda, vel non, cum concernat articulum probationis amittendis.
- 178 Discordiam ortam, inter judices duos super jurisdictione, si superior, vel arbitri electi componant, & decernant, a tali pronuntiatione non appellatur. Aliud tamen in arbitris super recusatione declarantis dicendum est, ibid remissive.
- 179 Ab interlocutoria quā quis admittitur ad cessionem bonorum in casibus, quibus non debet: licet appellatur, & quales isti sint, remissive.
- 180 Ab interlocutoria revocatoria alterius legitimè appellatur, ut in exemplo, ibid.
- 181 Mandarum executoriū virtute sententia, vel instrumenti garantigii, est sententia interlocutoria habens vim diffinitivę & an ab eo appellatur, remissive, ibid.
- Appellatio remittitur à decreto expeditionis executorialium sententia translatā in rem iudicatam, breviter tamen contraditio discutitur, ibid.
- 182 Sententia mulcta est interlocutoria, que habet vim diffinitivę que revocari non potest, licet alii contra, remittitur tamen ob paupertatem.
- A sententia mulcta, vel ejus excessu licet appellare, remissive, ibid.
- 183 Sententia desertionis est interlocutoria, que habet vim diffinitivę, & lata super sententia diffinitivę, diffinitivę est, & an ab ea appelletur, remissive.
- 184 Sententia super instantia perempta lata, & interlocutoria, que habet vim diffinitivę, & ab ea appellatur licet, ibid.
- Sententia super attentatis, an sit interlocutoria habens vim diffinitivę discutitur, & an ab ea licet appellare remissive, ibid.
- 185 Sententia interlocutoria ab observatione iudicij an habeat vim diffinitivę, discutitur.
- 186 Sententia, quā quis in expensis damnatur, est interlocutoria habens vim diffinitivę si separatim à diffinitivę proferatur, secus si in diffinitivę & ab ista interlocutoria expensarum appellatur, ibid.
- 187 Appellatio ab interlocutoria annotationis bonorum legitima est.
- Reus absens cuius bona descripta & annotata fuerint, coparens licet appellari a tali annotatione, ibid.
- Contumax non audiuit appellans, ibid.
- Sequestratio prohibita est, descriptio tamē permitta, ibid.
- 188 Revocatio praecepti de non adiscendo dicitur interlocutoria, habens vim diffinitivę, a qua licet appellare.
- 189 A praecepto de agenda contra nominatum non datur appellatio.
- 190 Preceptum inhibitorum de non solvendo factum debitori non valet, nisi pro rata, & concurrenti quantitate creditoris, & ultra partem crediti ejus, in cuius favorem preceptum inhibitorum relaxatum est, non interest.
- 191 Exactio praecepti inhibitorii virtute facta, totius debiti si impediatur, licet appellatur.
- 192 A cumulatione litium, & processuum an liceat appellare, remissive.
- Accumulatio processuum, quando habeat locum remissive, ibid.
- 193 A sententia permittente appellacionem in casu prohibito, an liceat appellare, remissive.
- Sententia, quā declaratur valere appellacionem, seu posse appellare, est interlocutoria, habens vim diffinitivę, ibid.
- 194 A rejectione, vel admissione appellacionis, an admittatur appellatio, remissive, ibidem, & admitti resolvitur.
- Et distinctione proponitur remissive, ibid.
- 195 Ab actu, in quo sententia non profertur, & ex ea pari gravatur, licet appellare.

## Pars II. Cap. I.

137

Veluti à tarditate iudicis in non proferendo, vel procedendo, ibid.

196 Iudex qui ter moritus, & requisitus aliquid facere nihil respondeat, videtur negare, & à tali denegatione iustitia licet appellatur.

197 A gravamine illato in faciendo licet appellatur.

198 Qui non loquitur, & obmutescit, videtur iustitiam denegare.

199 Monitio seu requisitio unica, vel tria diversis vicibus, aut irina suo contextu facta iudici an sit necessaria, ut videatur iustitiam denegare, remissive.

200 Iudex potest suam interlocutoriam revocare sive, ab ea appellatum sit, sive non.

201 A revocatione interlocutoria, seu gravaminis an licita sit appellatio, disputatur.

202 & 205 Revocatio interlocutoria, seu gravaminis interlocutoria est, ibid, contra.

203 Quod est de genere prohibitorum, de eo idem jadicandum est, quod de ipso genere.

204 Regula quod in dubio censetur appellatio permissa declaratur, quando simus in casibus permisissis appellacionis, secus in casibus prohibitis ejus, nam tunc in dubio prohibita censetur ut in exemplis, ibid.

205 Si pars à gravamine revocato poterat appellare, poterit contrarius à gravaminis revocatione, cum idem jus servetur in ejus repositione, quod in revocatione.

Vale argumentum de contractu ad distractum, & constituto, statutum, seu dispositio logrens de contractu, habet etiam locum in distractu, ibid.

207 Contractus, & distractus judicantur ejusdem nature.

208 Quando contractus est bona fidei, eo casu distractus seu contractus liberatio erit bona fidei similiter.

209 Habitus si est bona fidei, similiter erit privatio. Solemnitas requisita in contractu, eadem requiritur in distractu, ibid.

210 Necessaria in actu producendo, seu conficiendo, eadem requiritur in eo solvendo, vel destruendo.

Legitimum est argumentum de facto ad distractum, ibid.

211 Quando militat eadem ratio in sententia interlocutoria, que in revocatione ejus, legitime appellatur ab utraque.

212 & 213 Appellare licet ab interlocutoria sive negativa sive affirmativa, concurrentibus qualitatibus Concil. Trid. scilicet 24. c. 20. ut in exemplis, ibid.

214 Argumentum de contractu ad distractum validum est, cum identitas rationis concurrit in utroque, et si res alias diversissime sint.

215 & 216 A revocatoria interlocutoria gravaminis appellatur, quando ex tali revocatoria oritur gravamen prejudiciale, non in ipso gravamine, ut in exemplis, ibid.

A sententia lata negativa super revocatione licet appellare, secus ab affirmativa, ibid.

217 & 218 Arbitri iuris pronuntiantes causam rei iudicis non esse legitimam, si revocant postea talem pronuntiationem à tali revocatione non licet appellare secus eis conservo, si declarantes legitimam rei iudicis, declarationem revocant a tali appellatur.

Arbitri iuris possunt revocare suam interlocutoriam, ibidem.

218 Appellatur legitimè à repositione, seu revocatoria iudicis non valentis revocare, ibid.

219 Senatus vim non fieri declarat, quando iudex Ecclesiasticus non detulit appellacioni interposita à revocatoria, quando in ea non concurrunt cause gravaminis, aut repositionis, de quibus supra.

220 Iudex se non judicem declarans mediante appellacione interposita, à tali declaratione jurisdictionem reassumit, & videtur revocare declarationem, que vim habet diffinitivę.

221 Decisio Rotæ 36. in novis declaratur.

222 Senatus qualiter se habere debet, quoad negotium per viam violentie appellacionis non delata à repositione, seu revocatione gravaminis.

223 Appellatio ab interlocutoria eximit appellantem à jurisdictione iudicis à quo.

224 Iudex a quo sine metu attentati procedit ad ulteriora, non obstante appellacione ab interlocutoria, quoniam que sit inhibitus canonice.

225 Appellatio à lege reprobata non juvat appellantem, nec manus ligat iudicis à quo & à processu ejus non appellatur ibid.

226 227 & 234 Appellatio ab interlocutoria mera non suspendit jurisdictionem iudicis à quo, ut supra, secus si non sit mere interlocutoria, sed qualificata qualitatibus Concilii, supra, quia iure suspendit, & habet iurunque effectum.

228 Appellans a sententia interlocutoria vim diffinitivę habente, tenet servare formam cap. cordi, secut appellans à diffinitivᾳ.

229 Statutum prohibens appellacionem ab interlocutoria non censetur prohibere ab habente vim diffinitivię.

230 & 231 Appellatio ab interlocutoria continentem damnum irreparabile per diffinitivam suspendit jurisdictionem, & causat attentatum, idem si contineat damnum irreparabile cum difficultate iamen.

232 Per appellacionem ab interlocutoria continentem damnum irreparabile, vel reparabile cum magna difficultate, taliter suspenditur iudicis à quo jurisdictione, ut non sit necessaria inhibito.

233 Judice à quo procedente non obstante appellacione ab interlocutoria damnum irreparabile continentem potest puniri, & impune resistit.

234 Decretum Senatus primum scilicet, que otorgue y reponga, &c. continet, iudicem debere omnia reponere facta tempore ad appellandum, usque ad tempus, quo reponit.

235 Qui omne dicit, nihil excludit.

236 Dicō, omne, vulgo todo, universalis est, & cuncta comprehendens.

238 E continet in se universalem significationem.

239 Verba deeret Regii, despues de la appellation, comprehendunt omnia attentata que ipsam appellacionem subsequuntur, & que attentavit iudex jam, & repositus iterum attentans, ibid.

Que in continentibus sunt censentur ineſſe, ibid.

Nihil fecisse dicitur iudex, qui reponit, & statim attentat, ibid.

240 Decretum Regium non se extendit ad ea, que iudex inter procedendum gravavit post effectualem reposicionem virtute decreti.

241 Dispositio adjecta verbo vel participio, debet intelligi secundum tempus verbi seu participii.

242 Lex, vel statutum utens verbo de praterito, non extendit ad futurum.

Qua de novo emergunt, novo indigent auxilio, & nova res novum exigit remedium, ibid.

243 244 & 245 Recurri ad Statutum posse appellantem, etiamque appellatio delata sit, dummodo ea non obstante iudex innovat circa intellectum. l. 36. tit. 5. lib. 2. recop.

Violentia consistit non solum in appellacione non defendo, sed etiam in ea spreta procedendo, & intellectu legis l. Julia la 1. ibid.

245 Appellatio ab attentatis legitima, & ideo ea interponenda de novo post appellacionem à diffinitivę, & ut reponi possit Statutum Regium adire, cauila traditur.

246 Alio plures interlocutorie, quarum appellaciones an recipi debeant, proponuntur, remissive.

247 Declaratio sacra Congregationis refertur plura disponens circa appellacionem ante diffinitivam.

**S**UPERIUS cap. 2. part. 1. casus congestimus exceptos, specialiter à 1. Regia eorum prohibita cogitio; per hanc viam violentia: praesentem autem, de quo nunc agimus, cum latiore examinationem exigat, commodiori loco reservabimus, circa quem in hac formalia verba disponit lex Regia 37. tit. 5. lib. 2. recopil. Porque somos informados, que de las audiencias se traben per via de fuerza muchos procesos Ecclesiasticos, por que no organ las appallaciones, de autos interlocutorios, y esto es en grande agravio de las partes, y se impide la vista de otros muchos negocios: mandamos a los Presidentes, y Oidores de las dichas audiencias, que de aqui adelante no libren cartas para traber por via de fuerza procesos algunos Ecclesiasticos de autos interlocutorios salvo si fueren tales que tengan fuerza de diffinitiva, y que en ella no se pueden reparar, &c. quod quidem justissime sanctum fuisse, appare ex rationibus adductis superius cap. 2. ubi alias fallentias retulimus, & inter alias haec est: quia omni jure tam civili, quam Canonico prohibita exat appellatio à merè interlocutoria sententia, ut bene adverit Gaspar Rodriguez de annuis redditibus, lib. 1. c. 16. n. 75.

3. Et licet jure Canonico potest appellari, non solum à sententia habente vim diffinitivæ, damnum irreparabile continente, aut cause principali præjudiciali; sed etiam à merè interlocutoria, & quocunque gravamine c. super eo, el 2. de appellat. cap. 1. codem tit. in 6. Petrus de Bellaper, in l. unica, num. 9. versicul. caveatis, ff. nihil innovari appellat pendente, & in l. invitus, num. 11. in fine, Cod. de procurat. Cynus in l. ante sententia, Paulus de Castro num. 1. Cod. quorum appellat. non recipiant. Bald. in l. 2. num. 4. versicul. quarto modo, Cod. de Episcop. audience, Angel. Areti, in l. 2. num. 23. ff. de appellat. recipien. Franc. in rubrica de appellat. sub num. 17. & in d.c. super eo, sub num. 14. & n. 16. versicul. ex predicti. de appell. & Maranta in suo Speculo, p. 6. actu 2. princ. verbo, & quandoque appellatur, limit. 14. num. 303. & 306. fol. 504. Capella Tholos, decisione fin. n. 2. Vestrius in praxi lib. 7. cap. 3. sub n. 1. & Gravat. in adnotat. ad cum l. 3. c. 10. num. 6. Caravita in ritu 264. num. 6. & Contard. in l. unica in 3. oppositione, sub n. 4. & limit. 3. n. 1. C. si de moment. pof. ff.

4. Tamen noviori dispositione Concil. Trident. sess. 24. de refor. c. 20. ad jus civile redactum fuit, & utrumque judicium, tam Ecclesiasticum, quam secularre, in hoc adæquatum est, ex eodem Trident. decreto, per quod pariter in foro Ecclesiastico sublata est appellatio à sententia merè interlocutoria, nisi habeat vim diffinitivæ, vel continue gravamen irreparabile, per diffinitivam, vel a diffinitiva non licet appellari: quod & ad causas criminales extendendum esse, disponit idem Trident. sess. 13. de refor. c. 1. in fin. & circa decretum 10. Concilii Trident. sess. 24. de reform. Videndi sunt Zerola in praxi Episcop. 1. part. verbo appell. §. 1. p. 19. Gondalvus de Paz, in prax. tomo 1. part. 6. in proposito, n. 25. Barbosa super remissione ad idem Concilium, c. 20. n. 5. affert, hoc decretum procedere, tam in interlocutoriis latis, tam à judece ordinatio, quam à delegato, tam in prima instantia, quam in secunda, quia non est correctorium juris communis, sed potius declaratorium, & omnis dispositio, per quam redactum est ad id jus commune, favorabilis est, & amplianda. Et nonnulla in comprobationem adducit Paz ubi proxime, Marquesa. commiss. 1. p. c. 12. n. 17. & n. 52.

Jure etenim communis, & Regio hoc extat dispositum, ut à merè interlocutoria emissæ appellations non sit regulariter deferendum, l. apertissimi, Cod. de judiciis, l. ante sententia & ibi glossa, Cynus, B. Paulus Cafr. omnes, n. 1. Cod. quorum appellat. non recipian. Speculator in titulo de appell. §. in quibus, versic. 14. sub n. 15. Bartol. in l. 2. num. 2. ff. de appellat. recipien. vel non, Bald. in l. arbitrio, sub n. 4. ff. qui suisd. cogn. Papiens. in pract. Gasp.

Gasp. Rodriguez de annuis redditibus, l. 1. c. 17. num. 52. ex Alciato conf. 16. num. 14. lib. 7. & Lancelot. de intent. 2. part. cap. 12. limit. 4. num. 16. Jul. Clar. in pract. criminis. 46. numero 2. ubi dicit, quod si reus videns se ad carcere conduci, appetit, de jure dici posse (stand. 14te appellatione) non esse carcerandum, quia nihil novari appellatione pendente: tamen verum, & certum esse de consuetudine contrarium servari, ut etiam testatur Guido Papæ in decisione Delphinal. 235. quæ refert Francisc. Marc. decisione 915. incipit, quero an pentente, n. 4. nec dicitur judicem, qui delinquentem jubet carcerari, aliquid contra eum innovare; sed potius videtur jus publicum, & suum tueri, ne ille fugiat prænamque delicti evadat. Et certe si appellatio delinquentem relaxaret, frustratorum esset carcere adficare, ut inquit Julius Clarus, ubi proxime, cum quo transit Cardinal. Tusculus pract. conclusionum litera A, conclusione 101. numero 11. mihi autem videtur, & consuetudine, & jure defendi posse, tum quia, quod dilationem non patitur, non suspenditur per appellacionem concludit Franch. ubi proxime, n. 15. quest. 2. & in veriorem sequitur Scacia in d. libro 1. tractatu de causa civil. & criminis c. 9. num. 1912. vide Gabr. in pract. conclus. l. 2. tit. de except. conclus. 3.

Quæ conclusio ulterius limitatur, ut quando quis citatur non citandus, putat, quando judec delegatus, cognoscendo contra expressum in rescripto, vult citare non expressum, nec aliter comprehensum, etiam virtualiter Guido Papæ tractatu de appellat. questio. 49. sub num. 39. Gregor. Tholos. in tractatu de appellacione. libro 1. cap. 11. sub numero 2. versicul. si quis vocetur, fol. 86. Scacia de appellat. quest. 17. limitat. membro 1. numero 24.

Postquam autem citatus in judicium venerit, solet varijs se tueri exceptionibus, quas, si legitima fuerint, five dilatorie, sive peremptoria, tenetur judec admittere, quod si non fecerit, poterit ab eo licet appellari, ex capite irreparabilis gravaminis; nam si judec tunc oppositis exceptionibus interloquatur, ad ulteriora esse procedendum, vel respondendum, potest appellari, quia gravamen litiganti illatum non potest tolli per appellacionem à diffinitiva, Bartol. in l. 2. quest. 4. num. 16. ff. de appellat. recipien. Bellamer in cap. 12. super eos quest. 16. sub num. 16. de appell. Bild. in l. 2. quest. 5. num. 11. Cod. de Episc. audien. Felin. in cap. suborta 21. sub n. 4. column. 4. de sententia, & re judi. Guido Papæ decisione 75. sed circa, num. 3. idem Guido Papæ in tract. de appell. quest. 70. n. 45. folio 59. Ruginell. in tractatu de appell. §. 2. c. 3. num. 57. Franc. in cap. significant. 49. in summario, & in num. 3. de appell. & num. 7. Bartol. & Paulus de Castro in l. ejus qui. num. 1. sequentibus, ff. 5 de appell. recipien. idem Bartol. in l. ante sententiam 2. versicul. 5. quaro, num. 17. quia hoc dicitur gravamen vexationis, & fatigationis, & irreparabile per diffinitivam, five vexatio hæc tacita sit, five expressa per processum ad alteriora, ut probant predicti Doctores, & Scacia in tractatu de appell. quest. 17. limit. 47. membr. 1. num. 90. & sequentibus, affirmantes posse appellari, si exceptio, quæ apponebatur, erat legitima, ut tale gravamen sit irreparabile, si enim judec cogit me litigare tempore quo non debeo, talis molestia non poterit tolli per appellacionem à diffinitiva, quia continet gravamen consistens in facto, coherensque persone, Bellamer cap. super eo 12. quest. 16. num. 16. in fine, & clarius quest. 18. de appell. Fulvi. Pacianus tractatu de probationibus, lib. 1. c. 58. sub num. 40. versicul. sed ad hoc, & num. 41. & 42. Ruginell. in tractatu de appellat. §. 27. 2. c. 3. num. 299. quia cum hoc gravamen constitut in facto, & factum infestum esse non possit, ideo irreparabile sensetur, tenet Bald. in l. 2. qu. 5. num. 11. C. de Episc. audien. Felin. ubi supra, & Guido Papæ d. dec. 75. n. 3. Rebuff. in tract. de sententiæ executione, art. 10.